

## STATUTUM I.

**D**e electione statutorū ante electionem Propositi.

Quemadmodum leges ab omnibus sciri. I. g. C. de Legib. ita ab omnibus debent observari. I. s. C. eod. Ideo ut fratrumq; statuimus et districtè observari præcipimus, quatenus leges et statuta sequentia, ne quis ab eorum observatione ignorantia excusetur, qualibet die electioni Propositi domus inferius destinata, ante ipsam electionem per ultimum collegii Professorem legantur, ut ex eorum prescripto quilibet se informet, quomodo et qualiter in hac inclyta domo se gerere et negotiis ejus prospicere debeat. Leges enim et statuta dant formam futuri negotiis. C. 2. et fin. de Comit. et I. 7. C. de Legib. tuncq; instituuntur ac ligare incipiunt, cum promulgantur, firmantur, cum moribus utentium approbantur. can. In istis. §. Leges. dist. 4.

## STATUTUM II.

**D**e electione Propositi Domus.

Ut in Apibus unus princeps est, erues ordine literario sequuntur unam. can. In Apibus. 2. q. 1. ita in omnibene ordinata communitate, unus, qui ejus curam habeat, debet esse. Proinde statuimus, ut præmissa sancti spiritus invocatione, qualibet commutatione, Ostia quidem die ag. Aprilis, Hyemali vero ag. Octobris aut his vel harum aliqua feriali die, aut aliquo alio legit.